

- 8 Incontinens in præsenti, talis præsumitur in futurum.  
 9 Factum futuri temporis coniecturam facit ad ea, quæ iam sunt  
 præterita, vel ad præsentia.  
 10 Factum sequens declarat voluntatem precedentem.

## Q V A E S T I O X I X.

**Q**VÆRO decimonono quomodo à facto sumatur præsumptio, & coniectura. Hac prius dicam, esse certum, ex factis gestisque animum, mentemque agentis coniici. §. paucorum, & ibi gl. in inst. de rer. diuis. Hinc in l. si tamen. §. ei qui, ff. de ædil. edicto, & in l. Paulus. ff. rem rat. hab. scriptum est, voluntatem magis † ex facto, quā ex verbis declarari. Qua de re copiosè differunt Deci. consil. 421. n. 13. Alc. de præsump. reg. 2. præsump. 26. & reg. 3. præsump. 33. & Craue. consil. 87. num. 10. Cætros sciens prætereo, suis locis enim explicabimus.

2 Hoc factum † tribus temporibus consideratur, prærito, præsenti & futuro, id quod admonuit Fabius lib. 5. inst. orator. cap. 9. cum ait consilia esse & præsentis, & præteriti, & futuri temporis. Et idem a pætius lib. 7. cap. 3. coniectura (inquit) omnis aut de re, aut de animo est. Virtusque tria tempora, præteritum, præsens, futurū. Ex facto præterito coniecturam ducimus ad tps præsens. Nam dicimus eum, qui malus fuit præterito tēpore, & nunc malum præsumi, l. si cui. §. iisdem. ff. de accus. Quare Fabius iam commemoratus dicebat spēcāda esse ante acta dictaque; præteritis enim estimari † solent præsentia, & alia scribunt Alcia. in tract. de præsump. reg. 2. præsump. 25. & Simancas Catholicarum inst. tit. 50. de præsumptionib. n. 16. & suo loco dicemus vberius. Imò etiam ex actu præterito præsumptio sumitur ad tempus futurum. Non enim expectari potest bonus † exitus eorum, que malo principio sūt inchoata, c. miramur. §. principatus. 61. dist. Et à pæterito actu ad futura coniecturam sumunt Honotius & Theodos. in leg. eum qui. C. de episc. & cler. & ibi apertius Bal. quod illa, que † casta īā vixit, sit ac futura sit semper casta.

Illiud etiam annotandum hic est, quod cum factū aliquid esse à quoquam contendimus, utputā si Caium occidisse acculatur Sempronius, varia illius tēporis facta, seu accidentia considerari solent: nempe vbi fuerit Sempronius, vbi sit visus, cum quo visus sit, an aliquid preparauerit, an aliquem cōueniterit, quos habuerit socios, & adiutores, quo in loco pæteret tps, & confuetudinem fuerit, atque ita à tempore, loco, modo, occasione, & facultate, & his similibus coniectura ducitur, ut vna cum nostris, non indiligenter explicabimus infra q. 89.

6 Factum † præsenti tēpōris id est, quod in re, & negotio factum est, coniecturam facit ad præterita. l. si tñ. §. ei qui, ff. de ædil. edicto, quo loci ait Pompo. q. venditor ille, qui tenet seruum in vinculis, præsumptionē p̄ficit empori sciendi seruum præterito tempore aufuḡse, ita est probat. si vt cert. §. custodiā. ff. commio. in d. 7 a facto præsenti temporis coniectura ducitur † ad futurum, sicut Iusta. ait in §. vlt. vbi gl. inst. de injurijs, quod remittens de præsenti injuriā, in futurum etiam remittit. 8 sile præsumit, ita etiā dicimus, q. † ille qui est de præsenti incontinens, ita etiam præsumitur, quod erit in futurum, c. si quis Diaconus, 50. dist.

6 Factum futuri † temporis coniectura facit ad ea, que iam sunt præterita, vel ad præsentia, veluti cum ambiguitat, an illatum vulnus sit mortale, & futuro tempore coniectura ducimus. Nam si uulneratus post quadratum surrexit, non videtur postea moriens ex illato ulne re decessisse, ita glo. in l. 1. C. de emend. seruo, & si hoc iudicis arbitrio reliqui scripserunt plures, quos recensui l. 2. de arbitrijs iudicium. casu 275. num. 2. ita etiam in 10 alijs dispositionibus factum sequens declarat voluntatem precedentem, l. sed & Julianus. §. interdum. ff. ad S. ff. de

C. Macedon. l. si concubinam. §. si res amotas. ff. rerum amot. & l. cum quis. in fi. C. de natura. liber. & scripsit lafo. in l. si seruus plurimum. §. vlt. nu. 4. de leg. 1. Alia exempla ad totam hanc quæstionem sumi possunt ex his, que dicemus infra q. 23, cum agemus, quomodo, & quando præsumptio sumatur à tempore ad tempus.

**P**räsumptio ex actibus voluntarijs quomodo, & quando ducatur, atque sumatur, diligens explanatio.

## S V M M A R I V M.

- 1 Præsumptio ex actibus voluntarijs sumitur tantum, quantum actus ipse ex necessitate concludit.  
 2 Solvens partem debiti alterius, ad quod nullo modo tenebatur, non præsumitur eo animo soluisse, ut etiam residuum soluere voluerit.  
 3 Hæres solvens partem legatorum ante tempus cogi nequit, ut reliqua præster ante quam dies cedat.  
 4 Fratres duo artifices communicantes lucra, & quæsita ex ipso artificio, quam societatem præsumantur inire.  
 5 Negotia alterius gerens per aliquot dies aut menses, non præsumitur animo obligandi per perpetuo facere.  
 6 Precario concedens pro voluntate sua, donec ei placuerit concessisse creditur.  
 7 Molendinum vel furnum alicuius accedens per annos aliquot, non præsumitur animo obligandi fecisse.  
 8 Edens rationes, & instrumenta, præsumitur edere pro ea vice tantum, non ut iterum edere compellatur.

## Q V A E S T I O X X.

**Q**VÆRO vigesimoprimo, quomodo & quantum sumitur præsumptio ex actibus voluntarijs? Et sumi solummodo † quantum actus ipse ex necessitate concludit, certum est. Ita scribunt. Bart. in l. Titium, aut Meui. Saltero. ff. de admi. tut. Claudius Mermerius in repe. in l. naturaliter. §. nihil commune, nu. 141. ff. de acquirend. poss. qui quidem Claudio scriptis, q. si agens rei vindicatione dicat suum aduersariū possidere, solum intellegitur atque ita præsumitur deducere naturalem possessionem, quæ necessaria est ad ipsam rei vindicationē. Apertius probatur hæc traditio in l. vlt. C. ne vxor pro marito, quo loci scriptum est, q. ille qui soluit † partem debiti alterius, ad quod nullo modo tenebatur, non præsumitur eo animo soluisse, ut etiam residuum soluere voluerit, & propterea pro residuo conueniri nō potest. Et simile quod respondit Scæuola. in l. Lucius. §. testator. de leg. 2. cūm d. xit hæredem, qui ante tps partem † legatorum soluit, cogi non posse, ut cætera legata ante quam cedat dies, præstet; cūm eo animo primum illud legatum præstissime non præsumatur, ut ad reliqua teneretur. Ita pariter dicimus, quod si duo fratres † artifices cōcant lucra, & quæsita ex ipso artificio, præsumitur contracta societas, quoad lucra illa, non autem quoad cætera bona. Sic tradunt Bart. in l. 1. §. si quis hoc interdicto. in fi. ff. de itin. a. t. que priu. & in l. Titium. §. altero. ff. de admi. tut. Ant. Cortet. in suis singularibus, in verbo, societas incipit inter fratres. Alex. in consil. 78. num. 1. libr. 2. & in consil. 75. in fi. lib. 6. Barba. in consil. 22. col. 2. lib. 1. & in consil. 37. col. 4. lib. 2. Paris. in consil. 85. num. 7. in consil. 86. num. 10. & in consil. 87. numer. 7. lib. 1. Hinc facit, quod ille qui aliquot dies, & menses † negotia alterius gessit, non præsumitur le ex ea gestione voluisse obligare, perpetuò negotia illa trahere, sed solum tamdiu obligatus dicitur, quamdiu sibi placet. Idē manifeste probat l. voluntaria. Cod. de excusat. tutor. simile est leg. 2. §. 1. & leg. & habet. in princ. ff. de precar. vlt. qui pre- cario concessit, † pro sua voluntate concessisse dicatur, donece ei placuerit, & non ultra. Et propterea non præsumitur concedens se velle perpetuō obligare. Huc etiam pertinet quod tradit Bart. in l. cum de in tem. verso, n. 14.

ff. de

- 7 ff. de vlt. quod ille qui iuit ad molendinum † vel furnum alicuius per aliquot annos, non præsumitur eo accessisse, ut perpetuō deinde accedit. & cum Bart. idem sentiunt ceteri, vt scribunt copiosè Dec. in l. si certus annis. in primo notab. C. de pacis. & Curt. Iun. num. 2. adducit hanc rationem, quod actus nostri voluntarij non extenduntur plus, quam vrget ipsius actus necessitas, ex d. vlt. C. ne vxor pro marito. & Ripa in c. cum ecclesia Sutrina. num. 42. de causa poss. & prop. Est etiam simile quod tradunt Dec. in l. 1. num. 1. & ibi Ripa & Alc. num. 59. C. de eden, post alios, quod ille, qui ex sua liberitate semel edidit rationes † & instrumenta, præsumitur edidisse pro ea vice tantū, non autem ut iterum edere compellatur. Quibus intelligimus veram esse hanc traditionem ex actibus voluntarijs tantum præsumi, quantum ipsius actus necessitas vrget.

**A**ctus ex quibus colliguntur presumptio perfecti an esse debeant.

## S V M M A R I V M.

- 1 Actus ex quo præsumptio sumitur, debet esse omnino perfectus.  
 2 Matrimonium contractū præsumitur inter sponsos, copula carnali sequita.  
 3 Specialia duo simul concurrere non posse.

## Q V A E S T I O X X I.

**Q**VÆRO vigesimoptimum an actus ex quo præsumptio sumitur, debeat esse omnino perfectus, vel sufficit at principium: atque ita quod fuerit inchoatum?  
 1 Et actum perfectum esse † oportere, scripsit Abb. in c. vlt. nu. 2. de spons. & ibid. Butr. dum ex illo canone an notarunt, q. tis præsumatur contractum † matrimoniu inter sponsos, ob subsecutam copulam carnalem, attamen præsumptio illa non insurgit, quando copula vere secuta non fuit, sed solum fuit nitus & conatus ad copulam. Quam sententiam probarunt Io. And. Gem. & Fræc. in c. 1. §. idem. de despons. impuberum. & communē esse asseruit Praepos. in d. c. vlt. Eandem probarunt Aret. in cōl. 142. nu. 7. Sylvester Pierius in sua summa, in verbo, matrimonium, il. 2. q. 16. Alc. in tract. de præsum. reg. 3. præsum. 38. nu. 1. vers. sed quod si, & Dida. in epitome de sponsal. par. 1. cap. 4. §. 1. num. 19. Et quo ad casum d. c. vlt. de quo vberius suo loco dicemus, duplex assignatur ratio à Doctribus ibi. Quarum vna huic generali 3 questioni, & rationi conuenit, q. scilicet duo specialia † simul concurrere non possint. Primum est speciale, quia conatus habetur pro facto, quod tamen propriè non est factum. Secundum, quod ex præsumptione causa iudicetur, cūm tamen regulariter iudicari debeat secundum veritatem ipsam.

**P**resumptio & coniectura, quando & quomodo sumatur ex non factis, vel ex non dictis, brevis fabrica & quæsita explicatio, multis exemplis illustrata.

## S V M M A R I V M.

- 1 Præsumptio non sumitur ex non factis, vel non dictis, declaratum. 8. & num. 13.

2 Præsumptio nulla colligitur ex his, que non apparent.

3 Actus consistentes in pati, non arguunt consensum.

4 Maritus retinet penes se donum uxoris, non censetur adiuvare bæreditatem nomine filiorum.

5 Socius finita societate, dimittens fortem penes socium, non videatur societatem renouare.

6 Actus negatiu nil infert.

7 Princeps tolerans baenitum in ciuitate, non iudicatur cum ab anno absoluisse.

9 Non factum consideratur duobus temporibus.

10 Pater liberis suscepit, donationem causa mortis factam non reuocans, ostendit ab initio donationis se eo animo fuisse; ut donatus fuisset, etiam si de liberis cogitasset.

11 Hæres iussus à testatore reficerre domum, si non patitur deferre clementia, & alia necessaria, præsumitur voluntati eius in futurum parere nolle.

12 Tacens in multis casibus videtur consentire.

14 Pater substituendo filio extraneum, non præsumitur filio ex eo natos excludere voluisse.

Pater

## Q V A E S T I O X X I I.

**Q**VÆRO vigesimo secundo, quomodo præsumptio, & coniectura ducatur à dictis, atque ita verbis?

Non est dubium, quin coniectura, & præsumptio ducatur à verbis, cum illa sint cordis & nuncia.

Neque enim

15 Pater substituens filio i... ser, conseruit substituisse, eti.am s...m  
pupillari estate dec...  
16 Partum factum de dote reddenda patri dotanti, vel eius fratri  
heredi, si filia deceperit sine liberis, prodest etiam filii pa-  
tris, post initium partum susceptis.

## Q V A E S T I O X X I I .

**Q**VÆRO vigesimo tertio, an & quō conjectura, & præsumptio ducatur à non factis, & à non dictis? Hac in re pro regula constituendum est, præsumptionē  
1 † non sumi ex non factis, vel non dictis. Quandoquidem  
2 ex his, quæ non apparent, nulla † præsumptio colligitur. Ita Anch. cons. 302. Materia, de qua queritur, & Cravet. in cons. 202. nu. 9. & in cons. 319. nu. 13. ver. 19. ad-  
duci l. quod seruus. ff. de cōd. ob causam. & l. in lege. ff.  
de contrah. empt. Et apertius scribit Mar. Salomo. in l.  
Gallus. §. quidam recte. v. 32. ff. de lib. & posth. præsum-  
ptionē tunc regnare, n̄ apparet quid gestū, qualiter aut  
gestū, in obscurō est. Hinc scripsit Inn. in c. olim. il. 3. in  
fine. de resti. spol. quod actus † consistentes in pati, atq;  
ita actus negatiui, non arguant consensem, & Innoe. fe-  
cunti sunt Bal. in l. 2. nu. 54. C. de ser. & aqua. & in l. liberta-  
tilibetiq; num. 2. & 3. C. de oper. lib. & in l. dat. opera.  
nu. 43. C. qui accus. non poss. & alii, quos concessi in cōf.  
121. nu. 84. lib. 2. quo in loco. nu. 82. scripsi ex sententia  
Bal. in l. non hoc. C. unde legitimī, & aliorum, maritūm  
4 † retinente apud se dōtem vxoris, non censerit adiūsse  
hāreditatē nomine filiorum. Cum actus iste retentio-  
nis, sit solum silentium, sive non dictum, vel non fa-  
ctum. Et ibidem simile scripsi ex Crotto in cons. 15. nu.  
5 15. locum dimittentem † apud sociū sortem ipsam, post  
finitam ipsam societatem, non significare quod reuoca-  
re voluerit societatem ipsam. Non commemo ro alia,  
quaē ad rem hanc illo in loco scripsi. Huc facit quod do-  
cuit Abb. in c. veniens, nu. 7. vers. q̄nque non promovet,  
de filiis præbytero. cum dixit, quod ille, qui patitur, atq;  
ita actum negatiuum facit, non dicitur dispensare cum  
6 inhabili vel excommunicato: ex quo actus † negatiuus  
nil infert. Et Abb. secuti sunt Imo. in c. quidam conse-  
bat, col. 3. vers. aut princeps. ff. de re ind. Soc. Sen. in cons.  
99. col. 3. vers. sed respondeo. lib. 1. & Ruyn. in cons. 85.  
7 co Ruin. simile respondit in principe, † qui bannitum in  
ciuitate toleravit, vt ex ea patientia non dicatur eum à  
banno absoluisse. Ruinum secutus sum in cons. 275. nu.  
50. lib. 3. quo loci alia ad rem concessi.

Declaratur primō hac regula, vt locum non habeat  
quando is, qui debet aliquid facere, vel dicere, nil facit  
8 vel dicit: tunc ex † eo non facto, vel non dicto colligitur  
præsumptio, & conjectura. Ita docuit Bart. in l. gerit. nu.  
28. ff. de acq. hāred. dum dixit, quod si hāredi scripto al-  
signatus fuit terminus ad adeundam, vel repudiandam  
hāreditatē, si hic intra præstitutum illum terminū nil  
facit; ex hoc non facere, præsumptionē aditionis infert,  
l. vlt. §. fin. autem hoc. C. de acq. hār. & l. quamdiu. ff. co.  
vbi idem Bar. alia exempla mox apparebunt. Hoc nō fa-  
9 ciat † duob. temporib. nēmē p̄r̄terito, & p̄senti. cō-  
siderari potest. A non facto p̄r̄terito tpi dicitur con-  
jectura ad t̄p̄s p̄sensi, vt in l. non omnes. §. à Barbaris. ff.  
de re milit. Qui enim vt negligens, nil egit, atque ita nō  
facit quod facere debuit, non excusat de p̄sensi, q̄  
& nūc negligenter egisse p̄sumitur. A p̄sensi non  
facto p̄sumptio sumitur, vel ratione p̄sensi, vel ra-  
tione p̄r̄terito, vel ratione futuri. Ex p̄sensi ratione p̄-  
sensi temporis colligitur præsumptio, vt in exemplo su-  
pra commemorato ex Bar. in d.l. gerit. num. 28. cum di-  
xit, ex eo non facto p̄sensi argui de p̄sensi hāreditati  
repudiationem. Ex p̄sensi vero ad p̄r̄terito duci-  
tur præsumptio, & conjectura, vt in exemplo illo com-  
memorato à Bar. in d.l. gerit. num. 28. versic. aliud exem-  
plum. Si debitor in diem successit creditori, & non solvit

Præsumptio quomodo ducatur de tempore ad tempus,  
diligens, & accurata admodum explanatio.

S V M M A R I V M .

- 1 Tempus triplex est.
- 2 Præsumptio ex tempore p̄r̄terito, ducitur circa p̄r̄teritum, & num. 7.
- 3 Conuersus non p̄sumitur, qui focariam habuit, & veste p̄sus est laicali, possidendo propria.
- 4 Commissarius alteri, se eum occisum, isque reperiatur po-

stea

- stea occisus p̄sumptio est homicidam esse eum, qui minas intulit.
- 5 Debitor redditus annui, probat solutionem trium annorum con-  
tinuorum proximè elapsorum, p̄sumitur alius annis quoqua  
soluisse.
- 6 Venditore afferete, se deceptum fuisse ultra dimidiā iusli pre-  
tij, quod tempus inspici debeat.
- 8 Præsumptio ex tempore p̄r̄terito, ducitur etiam circa p̄sens.
- 9 Præsumptio aut argumentatio ducta à p̄r̄terito ad p̄sens, re-  
quirit duo extrema p̄r̄teritum verum, & p̄sens possibile.  
& num. 37.
- 10 Subditus olim, & bodie p̄sumitur.
- 11 Voluntatis aut opinonis certae qui fuit quandam, eiusdem &  
nunc p̄sumitur.
- 12 Rem p̄r̄terito tempore qui habuit, non p̄sumitur eam ami-  
sisse.
- 13 Diues olim, & bodie p̄sumitur talis.
- 14 Homo quod scivit antea, p̄sumitur bodie scire.
- 15 Furiosus, qui tempore p̄r̄terito fuit, ita & nunc p̄sumi-  
tur.
- Idem in agro, & infirmo. num. 16.
- 17 Præsumptio ex tempore p̄r̄terito ad p̄sens, quando duci ne-  
queat.
- 18 Infans olim, bodie non p̄sumitur.
- 19 Literas qui in pueritia nesciuit, non p̄sumitur bodie igno-  
rare.
- 20 Percutiens olim, non p̄sumitur bodie percutere.
- 21 Præsumptio à tempore p̄r̄terito, ducitur ad futurum.
- 22 Malus tempore p̄r̄terito p̄sumitur malus in futurum.
- 23 Negligens qui fuit, p̄sumitur talis de p̄sensi.
- 24 Accusari per calumniam p̄sumitur is velle, qui p̄r̄terito tē-  
pore per calumniam accusauit.
- 25 Periurus semel, in futurum talis p̄sumitur.
- 26 Iniuriam semel qui remisit, in futurum quoque remisisse p̄-  
sumitur.
- 27 Iuri canonico negligenter operam nauans, p̄sumitur negligē  
futurus in addiscendo iure ciuiti.
- 28 Inimicus ius factus, in futurum talis p̄sumitur.
- 29 Præsumptio ducita à p̄r̄terito ad futurum, nunquam est iuriis,  
& de iure, sed iurius tantum.
- 30 Præsumptio à p̄r̄terito ad p̄sens, non habet locum in his, quae  
cursu temporis mutantur.
- 31 Præsumptio à tempore p̄sensi ad alia tempora, quomodo  
fiat.
- 32 Præsumptio de p̄sensi in p̄sens.
- 33 Criminosus de p̄sensi non p̄sumitur bono zelo accusare.
- 34 Confesso crimen se cum socijs commississe, non creditur de so-  
cijs.
- 35 Præsumptio de p̄sensi in futurum que fiat.
- 36 Incontinens qui nūc est, in futurum talis p̄sumitur.
- 38 Præsumptio de p̄sensi ad p̄r̄teritum, quomodo ducatur. nu.  
39. 40. & 41.
- 42 Probatio plena vt fiat, regulariter ex p̄sensi non infertur ad  
p̄r̄teritum, secundum Bart.
- 43 Status p̄sensi tollit præsumptionem p̄r̄teriti temporis, secun-  
dum Alciatum.
- 44 Tempus p̄sensi habet connexitatem quandam cum p̄r̄teri-  
to.
- 47 Diues, & soluendo qui non est de p̄sensi, nec tempore p̄r̄teri-  
to soluendo fuisse p̄sumitur.
- 46 Pauper de p̄sensi, p̄sumitur etiam retro fuisse pauper.
- 47 Prædianum culta, p̄sumuntur in p̄r̄teritum culta fuisse.
- 48 Hereticus de p̄sensi, p̄sumitur ex p̄r̄terito hereticus fuis-  
se.
- 49 Idiom aliquid qui nūc loquitur, p̄sumitur in p̄r̄teritum il-  
lud loqui sciuisse.
- 50 Præsumptio ex p̄sensi, quando non sumatur ad p̄r̄teritum, &  
de qua p̄sumptio id intelligendum. num. 55.
- 51 Prudentem esse, & literatum, est quoddam contingens.
- 52 Prudens nemo nascitur, nec literatus oritur.
- Secundi sest casus huius primi capitis, q̄n ex p̄r̄teri-  
to † tpi p̄sumitur circa p̄sens. Quo sāe in casu pa-  
sumitur huc p̄sumptio, vt tradidit Bald. in d.l.  
ex persona. in 2. notab. C. de prob. Io. à Platea in d.l. qui  
cunque,